Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



10

qui

sua ne exprobabilis fias. Mala
aurea in lectis argenteis qui
loquitur verba in tempore suo.
In auris aurea et margarita ful-
gens qui arguit sapientem et
audit obedientem. Sicut frigus
nimis in die messis ita legatus
fidelis eis qui misserit eum animam
ipsius requiescere facit. Nubes et
ventus et pluvia non sequitur
vir gloriosus et promissa non ad-
plens paciencia lenietur princeps
et lingua mollis confringet du-
ricia. Mel invenisti comede quod
sufficit tibi ne forte satiatus e-
vomas illud. Sublime pede tuum
De domo proximi tui ne crebro sa-
ciatus oderit te. Iaculum et gla-
dius et sagitta acuta homo qui
loquitur contra proximum suum falsum tes-
timonium. Dens putridus et pes
lassus qui credit super infideli in
die angustie et amittit pallium
in die frigoris. Sicut in nitro
qui cantat carmina cordi pessimo.
Sic tinea vestimento et vermis
ligno ita tristicia viri nocet cordi.
Si esurierit inimicus tuus cibum
illum si sitit da ei aquam bibere. Prau-
nas enim congregabis super caput
eius et dominus reddet tibi. Ventus
aquilo dissipat pluvias et facies
tristis lingua detrahentem. Melius
est sedere in angulo domatis quam
cum muliere litigiosa et in domo
communi. Aqua frigida animam sitienti
et nuncius bonus de terra longinqua
lassus tibiam pede et vena corrupta
in unguis radens terram impio. Sicut
qui mel comedit mihi non est
et bonum sic qui scrutator est ma-
iestatis opprimetur a gloria. Sicut
urbs patens et absque muro cui
similis est vir qui non potest in
loquendo cohibere spiritum suum. XXVI
Sicut nix in estate et pluvia
in messe sic indecens est stul-
to gloria. Sicut avis ad alia nis-
volans et passer quolibet vadens
sic maledictum frustra planum in
quietum supervenient. Flagellum equo
et chamus asino et virga in dorso
imprudentum. Ne respondeas stulto
iuxta stultitiam suam ne efficaris
ei similis. Responde stulto iuxta
stultitiam suam ne sibi sapiens esse
videatur. Claudus pedibus et iniqua
bibens qui mittit verba per manum stul-
ti. Quomodo pulcras frustra habet
claudus tibias sic indecens est in
ore stultorum parabola. Sicut qui
mittit lapidem in acervum mercurii ita
qui tribuit insipienti honorem. Sicut
non si spina nascitur in manu tenentis
sic parabola in ore stultorum. Iudi-
cium detimant causas et qui ponit
stulto silencium irasci mitigat. Sicut
canis qui revertitur ad suum vomitum
sic imprudens qui iterat stultitiam
suam. Vidisti hominem sapientem sibi
videri magis illo spes habebitur insipiens.
Dicit piger leo est in via et leena
in itineribus. Sicut ostium vertitur in
cardine suo ita piger in lectulo
suo. Abscondit piger manum suam
ascella sua et laborat si ad os suum
eam quierit. Sapiencior sibi stultus
videtur septem viris loquentibus
sententiam. Sicut qui apprehendit
auribus canem sic qui transit et
iracundiam commiscetur rixe alterius.
Sicut noxius est qui mittit
sagittas et lanceas in morte
ita vir qui fraudulenter nocet cuiquam